hic quod aristoteles supra dixit quod tempus est mensura motus etiam vult ostendere quod tempus est mensura generis et primo apponit intentum scilicet quod tempus est mensura motus primo apponit sed etiam tempus est mensura generis secundario in quantum generis aptum natum est moueri. Deinde excludit argumentum quo possit videri quod generis non mensurat tempore et est istud diffinitio temporis dicit quod tempus est numerus motus. sed generis non est motus quod videtur quod generis non mensurat tempore dicit aristoteles quod tempus est numerus motus et non est motus. si autem esset motus tunc generis non possit mensurari tempore sed quod est numerus motus utroque pro etiam tempus est numerus generis quod ostendit quod generis natum est moueri per tempore in quo quiescat. Tunc probat aristoteles principale oppositum quod etiam quiescens mensuratur tempore et stat in hoc esse rei mobilis mensuratur tempore ut ex diffinitione temporis. sed id est esse rei mobilis et esse rei quiescibilis ergo etiam est rei quiescibilis mensuratur tempore. minor pro quod huius et per uariam hinc fieri circa idem si generis est partio motus quod circa unum et idem esse hinc fieri generis et motus. Unde patet quod sicut mobile mensuratur tempore secundum ad durationem et non substantiam sic etiam quiescens si generis mensuratur tempore tamen secundum substantiam quod secundum suam durationem eius sicut etiam motus.

*Handwritten marginal notes at the top of the page, including the number '11' and various Latin phrases.*

# Philicorum.

# Co. lxxxij.

*Handwritten marginal notes below the section headers, providing commentary or additional text.*

## Manifestum igitur.

Hic quia superius dixit q̄ illa que sūt semp nō mensuratur tempore vult ostendere vtrū illa q̄ non sunt vel nūq̄ sunt mensurantur tēpore. Et circa hoc est sciendū q̄ duplicia sunt non entia nam aliqua dicuntur nō entia quia impossibile ē ea esse et talia nō entia nō mensurantur tēpore cuius ratio est quia tēpus est numerus motus vel quietis. et ideo que mensurantur tempore vel sunt mobilia vel quiescibilia. quod patet ex hoc quia generabilia et corruptibilia que sunt mobilia mensurantur tēpore. sed que impossibile ē eē nō sunt mobilia. ergo nō mensurantur tempore. Alia sunt nō entia que quādoq̄ creantur vel fiunt ut adam et antirp̄s. et talia non entia mensurantur tēpore quia que fiunt in preterito mensurantur tempore preterito. et que erunt in futuro mensurantur tempore futuro. Unde patet q̄ ea que semp sunt nō mensurantur tempore. et ea que impossibile est esse etiā non mensurantur tēpore.

## Quæritur.

Utrū omnium rerum temporalium et motuum sit unū tempus. Dicendum q̄ sic quod patet primo auctoritate aristotelis in textu dicentis q̄ tempus simpliciter est unū et s̄m quid variatur s̄m partes temporis. et ratio est quia accidens habet numerū a suo subiecto cum ab ipso indiuiduetur. si subiectum temporis est unū numero scilicet motus primi mobilis. ergo etiam tempus est unū numero. Unde sicut talis motus variatur s̄m diuersas reuolutes sic scilicet q̄ ille reuolutes a seinuicem distinguuntur numero potenciali. et tamen totus motus est unus numero. sicut patet in octavo huius. ita etiam est de tēpore. quia totum tēpus est unū numero. et tamen diuersæ partes temporis correspondentes illis diuersis circulatoribus motus sunt diuersæ numero non actuali. quia abinuicem distinctionem nō habent actualem sed potentialem. et simile potest inueniri in quolibet cōtinuo etiam permanēte. q̄ manifestum est q̄ lignū decē pedum est unū numero et tamē prim⁹ pes in ligno non est decimus sed q̄ritas primi pedis distinguitur a q̄ritate ultimi pedis nō numero actuali sed potēiali. q̄ p̄ q̄ritas p̄mi pedis diuidi a q̄ritate ultimi pedis.

## Arguitur.

Si tēpus est passio motus. ergo sunt plura tē-

pora. quia sunt plures motus. Dicendum q̄ tēpus dupliciter potest comparari ad aliquem motū. Uno modo sicut accidens ad subiectum. et sic nō comparatur ad quemlibet motū quia sic essent plura tempora. sed solū ad unū motū scilicet primi mobilis quia est in illo sicut accidens in subiecto. Cuius ratio est quia in omni genere simplicissimi et primi illius generis est mēsurā alioq̄ sicut patet decimo metaphisice. sed inter omnes motus motus celi est simplicissimus. quia p̄terea sit maius spaciū in minori tempore. ergo oportet omnem aliū motum mensurari p̄ illū primū motum et per cōsequēs per tempus quod est accidens primi motus. Alio modo comparatur tempus ad alium motū sicut mensura ad mēsuratum. et sic tempus comparatur ad quemlibet motū quia cuiuslibet motus tēpus est mēsurā.

## Arguitur.

Omnis mēsurā debet esse vna mēsurato. sed tēpus est in primo mobili. ergo non potest esse applicatum motibus istorū inferiorum. et per consequens nō potest mēsurare motus istorū inferiorum. Maior patet quia si scilicet nō applicata vbi nō nō mensurat vniū. Dicendum q̄ tēpus potest esse alicui dupliciter applicati. Uno modo actualiter sic q̄ est forma actualis illius cui applicat et sic tantum applicatur primo motui. Cui applicatur tempus dupliciter. Uno modo ut p̄p̄ia passio. et sic applicatur ei s̄m suam totalitatem. quia sic nō excedit nec exceditur ab ipso ut dictum ē. Alio modo applicatur tempus primo motui ut mensurans ipsum. et sic applicatur primo motui s̄m suas partes. quia sic tempus excedit partes primi motus. Alio modo applicatur tēpus alicui virtualiter. et sic tempus applicatum est omnibus motibus. Cuius ratio est quia motus primi mobilis est causa omnium motuum aliorum. Cum ergo quelibet causa virtualiter est in suo effectu ille motus primi mobilis semper manet virtualiter in motibus omnium aliorum secundorum motuum. Et si dicatur si ergo tempus est in alijs motibus a motu primi mobilis solū virtualiter ergo mensurat tantū virtualiter. Respondeo negando. Respondeo quia aliquid assistēs alicui virtualiter p̄t illud mēsurare. sicut p̄t exemplariter si sit aliqua vna que actualiter est in aliquo loco tunc si quis capiens filum habens similem longitudinem vne potest per filum mēsurare pannum.

*Vertical marginal notes on the left side of the page, providing commentary or additional text.*

## Quartus

non existente vna etiam actualiter. Cuius ratio est quia in tali filo est vna virtualiter. unde patet q<sup>o</sup> primo et principaliter tempus mensurat motum primi mobilis scilicet s<sup>m</sup> suas partes et deinde per illū motum mensurantur alij motus per hoc scilicet q<sup>o</sup> ille motus applicatur ad alios motus. quod iterū patet exemplariter quia mensuramus dies p<sup>o</sup> horas. et hore sumuntur s<sup>m</sup> motum celi. quia quando est semimotus celi tūc sunt 12 hore. et quando est totus motus celi tūc sunt 24 hore. ergo omnia p<sup>o</sup> motum celi mensuratur gratia temporis quod est in motu celi.

**Arguitur** Ite nō potest esse accidens alicuius et mensura extrinseca. sed tempus est accidens motus. ergo nō est mensura extrinseca. Dicendum q<sup>o</sup> motus celi potest dupliciter capi. Vno modo s<sup>m</sup> suam totalitatem. et sic est accidens motus primi mobilis. Alio modo accipitur motus celi s<sup>m</sup> partes reuolutiones. et tūc tempus nō potest esse accidens motus. sed est mensura eius. Ex quibus dictis reprobantur opiniones aliorum. quia quidam accipiunt causam unitatis temporis ex numero. quā est vnus numerus p<sup>o</sup> multis rebus numerabilibus. ergo est vnū tempus. quia tempus est numerus et arguebant sic est vnū numerus in ordine ad multa numerabilia. ergo est vnū tempus in ordine ad multa temporalia. Sed dicendum ē q<sup>o</sup> argumentum nō valet quia bene procederet de numero absoluto quo numerantur. quia ille est vnū sed nō est verum de numero numerato. quia numerus numerat<sup>o</sup> variatur s<sup>m</sup> res numeratas sicut dicit aristoteles in fine huius tractatus de tempore. quā decē canes et decē boues sunt bene vnū numeri sed nō est vnus denarius. Alij ergo assignabant causam unitatis temporis ex unitate materie vel ex unitate eternitatis. et arguebant sic temp<sup>o</sup> est in rebus corporalibus sicut mensura vel accidens. et res corporales cōueniūt in materia ergo etiam temp<sup>o</sup> quod cōsequitur corpora gratia materie erit vnū. sed istud non valet. quia illa que sunt eadem materia nō sunt simpliciter eadem. quia sic omnia ista inferiora essent eadem. Alij autem assignabant unitatem temporis ex unitate eternitatis. quia temp<sup>o</sup> est eternitas precipitata. sed hoc nō valet. quia a principio effectio remota nō potest aliqua res distinguere. quā si sic tūc omnia ista inferiora essent eadem. ppter unitatem primi mobilis.

tatem primi mobilis.

**Arguitur** Mensura et mensurata debent esse vngentia. i. vnus nate et forme. sed sunt diuersa mensurabilia scilicet motus. ergo etiam erūt diuersa tempora. Dicendum q<sup>o</sup> mensura et mensuratum possunt capi dupliciter. Vno modo s<sup>m</sup> partes eorum naturas et sic nō oportet ea esse vngentia. sed mensura potest esse alterius nature q<sup>o</sup> mensuratum sicut patet de vna et pāno. Alio modo accipiuntur s<sup>m</sup> rationem mensure et mensurati. et sic debent esse vngentia. i. vnū rationis siue proportionis. quia ipm mensuratum debet esse proportionatum mensure et cōtra. Per hoc ergo dicendum est ad argumentū q<sup>o</sup> motus accipiuntur dupliciter. Vno modo s<sup>m</sup> suas specificas naturas. et sic est verum q<sup>o</sup> sunt plures motus. et sic nō correspondet eis tempus. Alio accipiuntur motus s<sup>m</sup> q<sup>o</sup> in eis inueniuntur aliquod cōmune scilicet successio s<sup>m</sup> prius et posterior et sic temp<sup>o</sup> conuenit motui ut mensura eius. et ideo est vna ratio mensurandi in omnibus motibus. Simile est de liquoribus quia sūt liquores diuersi sicut specierum qui tamen possunt mensurari per vnicam mensuram. quia ratio mensurabilitatis in illis liquoribus non conuenit eis s<sup>m</sup> specificas et proprias naturas. sed cōuenit eis ratio liquoris. et sic etiam motus in p<sup>o</sup> parte qualitate et vbi mensurantur tempore s<sup>m</sup> aliquod cōmune quod est successio. et etiā quies mensurat tempore.

**Arguitur** Temp<sup>o</sup> reperit in substantijs separatis in quibus nō est motus ergo tempus non est numerus motus. Antecedens patet quia augustinus dicit super genesim q<sup>o</sup> deus mouet spirituales creaturas per tempus. Dicendum q<sup>o</sup> tempus accipitur dupliciter. Vno modo pro tempore continuo s<sup>m</sup> q<sup>o</sup> tempus cōuenit ipsis corporibus. et sic tempus non inuenitur in separatis cuius ratio est quia tale tempus mensurat motum continuū. sed motus continuus non inuenitur in substantijs separatis nisi forsan per accidens gratia magnitudinis vel operationis quam facit substantia spiritualis in magnitudine. sicut substantia separata dicitur habere motum continuū. quia continue operatur sicut angelus subuertens iodomam dicebatur continue moueri non gratia sui. sed gratia operis. quia continue subuertebat. Aliud est tempus discretum. et sic loquitur augustinus q<sup>o</sup> deus mouet spirituales creaturas p<sup>o</sup> t<sup>o</sup> temp<sup>o</sup> cuius ratio



iterum est quia mensura et mensuratum debent correspondere quilibet autem successio requirit mensuram sed in substantiis separatis non est continua successio operationum sed est successio discreta ergo si corrumpitur eis mensura siue tempus continuum sed tempus discretum. Circa quod sciendum est quod de omnia intellectus ex parte actus et unico medio intelligit: unde quod est sua essentia omnia intelligit et idem deo nullum est successio ergo nec tempus corrumpitur sue operationis: sed substantie separate intelligit res pluribus medijs quia per multas species intelligibiles et quod non possunt simul uti duabus speciebus intelligibilibus utantur primo una specie et hoc in uno instanti et deinde utitur alia specie intelligibili intelligendo aliam rem et sic in alio instanti illa ergo plura instantia sibi succedentia vocantur tempora discretum vocantur enim tempus propter successionem et dicitur tempus discretum quia non habent ad invicem continuitatem unde patet quod tempus discretum non potest esse in potentia toto quantum ad quod non mensurat res quantas sed operationes immateriales est ergo de potentia discretio relationis quod est relatio operationum successivam discretam enim sibi invicem succedentium. Ex quo patet secundo quod tempus dicitur omnino equivoce de tempore discreto et continuo quia aristoteles probat quod impossibile est tempus seque continuum componi ex indivisibilibus sexto huius sed tempus discretum componitur ex pluribus nunc est enim simile de numero discreto et continuo impossibile est enim continuum componi ex indivisibilibus sed bene discretum componitur ex indivisibilibus sicut omnia artibus.

**Queritur** Unde sumat unitas specifica temporis. Et arguitur quod non ex motu quia actus non habet entitatem vel unitatem a suo subiecto sed a divina propria generis ergo etiam tempus non habet entitatem vel unitatem ex motu. Deinde quod duplex est entitas vel unitas in accidentibus scilicet numeralis et illa habet quodlibet actus a subiecto quia subiectum est materia in qua actus et hoc est quod dicit aristoteles quod actus habet numerum a suo subiecto. Alia est unitas specifica et illa habet actus a divina propria generis et a diffinitione assignata in proprio genere quia ergo quantitas continua in proprio genere diffinitur per terminum continuum ergo tempus habet suam unitatem specificam a nunc quod est terminus cuius temporis. Deinde est ergo ad affirmatum quod tempus habet unitatem specificam a nunc continuante quibus habeat unitatem numeralem a motu primi mobilis. Et sic argu-

mentum perdit et concludit verum.

**Arguitur** Non est item nunc in toto tempore. Ans probatur quia tempus finitum habet duos terminos. Deinde quod sicut habent se puncta in linea ita nunc in tempore sicut ergo in linea finitum sunt habent plura puncta eminentia sed est solum unum punctum continuans a quo sumuntur species linee sic etiam est de tempore quia in tempore finitum sunt duo nunc terminantia sed est tantum unum nunc continuans presentem et futurum ad invicem hoc enim nunc necesse est esse item in substantia sicut probatur in tertio.

**Arguitur** Species rei sumitur ex operatione sed sunt plures operationes temporis ergo sunt plura tempora specifica. minor probatur quia aliquod tempus corrumpit ut de hyeme et aliquod tempus generat ut patet de estate maior patet quia per videre et hinc iudicamus diversas species ergo etiam per corrumpere et generare.

Dicendum quod duplices sunt operationes quedam sunt operationes que continentur alicui finem se et finem suam naturam et si tales operationes sunt diverse esse cognoscimus aliam et aliam speciem ex illis operationibus. Alie sunt operationes que continentur alicui per accidens et per aliter et per tales operationes non iudicamus differentiam specificam sic autem contingit in tempore quia tempus generat et corrumpit gratia motus in quo est et non gratia sui quia ille motus scilicet diurni teli quandoque defert ad nos principium generationis terrenascentium videlicet solem et tunc sunt generationes in istis inferioribus et quandoque a nobis elongat principium generationis et tunc est tempus corruptionis et hoc est quod dicit aristoteles secundo de generatione quod equale est tempus generationis et corruptionis quia illa que generantur per solem sicut terrenascentia pro media parte motus generantur seque in adventu solis ad nos et ex alia parte motus corrumpuntur seque in recessu solis a nobis unde patet quod motus est causa generationis et corruptionis et non tempus. Quod probatur etiam ex signo quia illa que sunt immobilia sunt simpliciter incorruptibilia sicut sunt substantie seque patet et quia quedam sunt immobilia secundum substantiam que tamen sunt mobilia secundum ubi et ideo talia corpora non sunt corruptibilia etiam secundum substantiam sed secundum ubi. Illa autem que sunt mobilia secundum substantiam sicut ista inferiora sunt etiam corruptibilia secundum substantiam vel secundum partem.

10. repetitio ad istud magis est de istis quibus...

10. de motu et coloribus finem se finem... et sic movetur et sic non ubi et sic...

## Quartus.

sicut elementa vel sim totū sicut mixta.  
**Arguitur** Motus celi mensurat tem-  
pore et tñ tempus nō ex-  
dit illum motū. Dñm q̄ motus celi p̄r dupli-  
cite capi. Uno mō sim suam totalitatem. et sic  
motus celi nō mensurat tempore quia tēpus est  
sic a cōs motus et nō mensura eius. et sic est ve-  
rum q̄ motus non excedit a tempore. Alio mō  
accipitur motus ille sim p̄tales reuolutōnes. et  
sic tempus excedit motū et habet se ad motū ve-  
mensura.

### Ipsū autem nunc.

Postq̄ aresto. determinat de tempore quid est et  
quomō est p̄ cōparationem ad ea que sunt in tem-  
pore hic determinat de tempore p̄ cōparationem ad  
illa que nominantur sim tempus. s. de istis dictōm  
bus nūc. tūc. iam olim. regente et modo. et dicit p̄  
mo q̄ nūc potest capi dupliciter. Uno mō p̄rie-  
put significat indivisibile tempus. et sic nūc ha-  
bet tres condiciones. quarum prima est q̄ nūc  
cōtinuat tempus. Cuius rō est quia sicut se ha-  
bet p̄ctum ad lineam ita nūc ad tempus. s. p̄n-  
ctum cōtinuat lineam. ergo nunc tempus. Secūda  
cōditō est q̄ tempus dividit p̄ntis ipm nūc qui  
si nūc accipitur ut unū in actu tūc cōtinuat ip-  
sum tēpus. et si accipitur ut duo in actu tūc di-  
uidit ipsum tēpus idē tñ est nūc quod est unū in  
actu et multa in potentia. Simile ē de p̄cto in  
linea quod accipitur ut unū cōtinuat lineam et in  
q̄tum accipitur ut duo in pōtia est p̄ncipium di-  
uisōis linee et ut duo in actu dividit lineam.  
Tertīa cōditō est q̄ hoc nūc sic dividens et cōti-  
nuat tēpus ē unū sim tē et subiecto quōis est mul-  
ta tōne. Deinde ponit scđam acceptōem ipsi  
nūc dicens q̄ nūc accipitur p̄ quolibet tēpe quod  
est p̄inquū p̄nti nūc. et tūc non accipitur. p̄rie-  
quia nūc p̄rie est indivisibile. sed isto mō accep-  
tū ē diuisibile. significat em̄ nūc isto modo tēpus  
p̄inquū p̄nti nūc sicut dicimus nūc venit iohā-  
nes. i. in p̄terito tēpore p̄nti p̄nti nūc.

Deinde determinat de ipsis que habent respe-  
ctum ad nūc. et primo determinat de ip̄o tūc  
et dicit q̄ tūc ē aliquid p̄teritum tempus co-  
pulat. in ad p̄sens nūc sim aliqua certam di-  
stantiam. exempli gratia ut tūc destructa ē tro-  
pa ibi tūc significat tēpus p̄teritum quod ē mul-  
tum remotum a p̄senti nūc. Quandoq̄ em̄ p̄-  
significat tempus p̄teritū quod non ē multum

distans a p̄senti nūc sicut si diceremus tunc ve-  
nit iohannes. Et quo patet duplex differentia  
inter tunc et nūc. Prima ē inter nūc sim alterū  
et tunc quia nūc scđo modo acceptū quod ē nūc  
sim alectū significat solū tēpus p̄inquū p̄senti  
nūc. sed tunc potest etiam significare tempus di-  
stans a p̄senti nūc si tamen habet certam di-  
stantiam. Secūda differentia ē quia nūc scđo  
modo acceptū habet se indifferē ad p̄teritū et  
futurum. sed tūc significat solū p̄teritū tem-  
pus.

### Si vero neq; tēpus.

Hic aristoteles et hoc mouet unam dubitacōem  
et intendit tale argumentū de quocunq; potest  
dici tūc hoc ē finitum. sed de quolibet tēpore ve-  
sus p̄teritum potest dici tūc. ergo quodlibet tē-  
pus versus p̄teritum ē finitum quod est contra  
aristotelem octauo p̄sicoūm q̄ ponit motū et  
tēpus esse infinita. Maior patet ex dictis. quia  
tūc dicitur aliquid tempus p̄teritum quod ha-  
bet distantiam certam ad p̄sens nūc. sed quod  
habet certam distantiam non ē infinitum. De-  
inde ostendit impossibilitatem consequentis. et  
minor ē p̄supposita ex diffinitione ipsius tūc et di-  
cit q̄ impossibile est tempus p̄teritum esse fini-  
tum quia tempus non potest accipi sine nūc sed  
dato quocunq; nūc datur prius tempus quia de  
ratione nūc est q̄ sit finis p̄teriti et incipit  
futuri ḡ dato quocunq; tempore versus p̄teri-  
tū dabitur prius tempus. et sic tempus versus  
p̄teritum est infinitum. Sed ista ratio soluit  
quia concludit contra fidem quia non est verum  
q̄ omne nūc est principium et finis. sed aliquid  
est nūc quod est tantum principium scilicet su-  
turi ut est primū nūc in quo incipit mundus et  
tempus et omnia alia. et erit unū nūc quod est  
tantum finis p̄teriti scilicet in fine mundi. Ad  
principale argumentum dicitur ad maiorem q̄  
quodlibet tempus finitum potest significari p̄-  
tunc. et ideo sim veritatem cum omne tempus sit  
finitum quodlibet p̄ tunc significari potest. sed  
sim opinionem aristotelem non est verum q̄ quodli-  
bet tempus potest significari p̄ tunc nisi sit fi-  
nitum. Deinde determinat de alijs. et primo de  
tam quid significet et dicit q̄ iam dicitur esse p̄-  
p̄inquū indivisibile nūc siue sit in p̄terito si-  
ue in futuro. et ergo coincidit cum ip̄o nūc scđo  
p̄ mō accepto. Et deinde describit istū finitū mō q̄

De 202 p̄nti et finit et 22 p̄nti

dicat q̄ modo est tempus p̄teritū p̄p̄nquū  
p̄nti nūc sicut dicimus quando venit iohannes  
encl̄ m̄. i. in tpe p̄terito p̄p̄nquo p̄nti nūc. Et  
olim significat tēpus p̄teritū sicut m̄ s̄ remotū  
a p̄nti nūc et olim h̄ s̄m̄ ē. Et tēp̄re significat tē  
pus indiuisibile q̄d est insensibile p̄p̄ p̄uaretem

**Queritur** Quōd dicitur olim et quōdā  
Dicitur q̄ sic q̄ olim res  
fecit ad viuentes et quōdā in ad mortuos ut iste  
olim fuit p̄or in tali clauetro.

**Mutatio autem ois.**

Hic p̄terit̄ adesto. manifestat aliqua sup̄ius dōā  
vel sup̄posita et sunt duo p̄ncipaliē. Primū ē q̄  
tempus est cā corruptōnis. Scdm̄ est q̄ ois mo  
tus et mutatio est in tēpore. Primū ergo probat  
rōne et signo rōne sic q̄ tempus cōiungit motū  
sicut passio eius. sed motus ex sua natura habz  
q̄ facit tē distare a sua p̄meua dispositōe. p̄ hoc  
autē q̄ res distat a sua dispositōe p̄meua dispo  
nit ad corruptōnem. ergo tps ḡa motus ē causa  
corruptōnis. Unde ex tēpore patz q̄ illorū op̄imā  
est falsa qui dicebant tps esse cām generatōnis  
et cōsapientissimū. Cām q̄d generatōnis quia  
generatōes fiunt in tēpore. et cō sapientissimū  
quia generatō scie fit in tpe. Sed cōtra est di  
cendū sicut dixit quōdā p̄tagoncus nomie phz  
con qui dixit tēpus indisciplinabile q̄ p̄pter tē  
pus accidit obliuio. Contingit enī generatōnem  
fieri in tpe p̄ accōis inq̄tū. s̄ in tpe fit aliquis la  
bor. Deinde p̄bat a signo sic q̄a nihil videt ge  
nerari nisi app̄reat aliquid agens et mouēs p̄  
generatōem. s̄ app̄reat q̄ aliquid corrupat abs  
q̄ exteriori agente sicut aliq̄s qui est senex mo  
et ex semo. et in illo casu app̄reat q̄ corruptio  
ialis fiat ex tpe ergo tps est cā corruptōnis.

**Hic autem nobis sic**

Hic p̄bat duabz rōnibus q̄ motus est in tempo  
re. quia mensurat tpe. Et stat prima rō in hoc  
in omni mutatioe repit velocius et tardius que  
sunt p̄p̄ietates motus. sed velocius et tardius  
determinant p̄ tempus ergo omnis mutatio est in  
tpe. maior patet quia velocius et tardius sūt p̄  
p̄p̄ietates motus. et subiectū nō repit sine p̄p̄ie  
tate. minor patz ex diffinitōne velocius. q̄a ve  
laciū ē quod in equali tpe plus p̄transit de spa  
ciū vel q̄d in minoi tpe p̄transit equalē spaciū.

Scda rō stat in hoc q̄ in omni motu repiunt p̄  
us et posterius. sed prius et posterius nō sunt si  
ne tēpore. ergo omnis motus est in tēpore. et enī  
p̄ omni successione ponere aliquā mensurā p̄p̄i  
am aut mensurā rep̄ successiuarū que in conti  
nua est tempus.

**Dignum autem con.**

Hic mouet aliquas dubitatōes et primo mouet  
duas circa existentiā tps. quarū prima est quō  
se habeat tempus ad animā rōnalem. i. utrū tē  
pus possit esse sine anima. Scda est quare tps  
videt esse vbiq̄. et primū soluit scdam dubitatio  
nem quia est facilior. Et dicit q̄ tēpus est  
vbiq̄ q̄ tempus est numerus motus ergo vbiq̄  
q̄ est motus s̄m̄ actum vel s̄m̄ pōiam ibi etiā  
est tempus sed motus localis est vbiq̄ in omibz  
rebus corp̄alibus s̄m̄ actum vel s̄m̄ pōiam. ergo  
vbiq̄ est tempus in omnibus rebus. dictū est  
enī supra q̄ quicūq̄ mouent tempore non s̄m̄  
actū s̄m̄ sufficit q̄ moueant s̄m̄ pōiam. De p̄  
ma dubit̄. tē primo obicit arguens q̄ nō exi  
te anima nō est tēpus. et hoc sic quia si impos  
sibile est aliquid esse potens numerate impo  
sibile est aliquid esse numerabile. et si impo  
sibile est esse numerabile impo. sibile est esse numerū ergo  
si anima non est que est potens numerate ergo  
nec erit tempus q̄d est numerū. Maior patet q̄a  
potens numerate et numerabile habent adinu  
cem quēdam respectū et relatōnem. et sic remota  
vno remouet reliquū. scda pars p̄ quia numerū  
nō est nisi aliquid actu numeret vel sit numera  
bile. Tūc soluit dubitatōnem motam et dicit sic  
q̄ si anima nō sit tūc tempus nō est simple aut  
si sit tūc est ens octauū. id est ens imperfectum  
quod sic p̄ quia de tempore nō habet nō nisi nūc  
et manifestū est q̄ nūc nō est tempus. De rōe er  
go tēpore est prius et posterius. sed ē manifestū  
q̄ prius et posterius nō sunt sine anima. ergo nō  
est tempus perfectum sine anima compare pri  
us et posterius.

**Queritur**

Utrū tempus s̄m̄ ei ē  
dependeat ab aia. De  
tendum q̄ ista questio potest dupliciter intelli  
gi. Uno modo de anima nobili que est mouens  
celum et sic dependet tempus ab illa anima esse  
ctiue q̄a aia nobilis sicut ē causa motus ē etiā  
cā tēpore iuxta regulā amētoris octauo phi  
sicoz dōs formā dat aseq̄ntia formā cū q̄ tps

Utrū tempus s̄m̄ ei ē  
dependeat ab aia. De  
tendum q̄ ista questio potest dupliciter intelli  
gi. Uno modo de anima nobili que est mouens  
celum et sic dependet tempus ab illa anima esse  
ctiue q̄a aia nobilis sicut ē causa motus ē etiā  
cā tēpore iuxta regulā amētoris octauo phi  
sicoz dōs formā dat aseq̄ntia formā cū q̄ tps



Handwritten marginal notes at the top of the page, including phrases like "et non est in genere" and "et non est in numero".

Deum q prima condicionalis no est da quia si possibile est esse aliquod potes numerare tuc impossibile est esse aliquod numeratu sed no numerabile quia actus et actus proportionant et potetia et poia Sedo potest dici q etia nis scz q no exite anima no est tps est aliquatit cococem dum quia no exite anima no est tps fm ee qtu tatiuu in simul. te priu et ideo no est numerata tu sine numerus fm similtate priu est en absqz anima numerus fm suceffione priu licz no fm similtate. et hoc est qd dicit auicena q prius et posterius motus sunt tps materialie quia subie ctatur tps in priori et posteriori motus sed pus et posterius in motu no sunt absqz anima s fm actu. ergo etia sic est iudicandu de tpe.

**Dubitabit ac aliquis**

Hic mouet vna dubitatione de vnitare tempis et dicit q dubiu videt au? vel qualis motus tps fit numerus quia si tps fit passio cuiuslibet motus tuc erit plura tpa simul. Ponit ergo falsaz solutionem istius questionis. et dicit q tps spectat ad quicuqz motum sic q est passio cuiuslibz motus qa omnis motus mensurat tpe. sed ista solutione re pbat quia si tpus esset passio cuiuslibet motus tuc duo tpa equalia essent simul. qa duo motus equalis sunt simul. Sicut ergo duo motus sunt simul ita duo tpa quoz motuu tps e passio sed impossibile e duo tpa ee simul quia tuc aliquod idz esset vnu numero et no vnu numero qd implicat pteadictem pbatio. quia tps quod est simul e vnu numero sicut tota dies et totus annus. sed illa tpa que no sunt simul sunt vnu spz sicut duo dies. si ergo duo equalia tpa essent simul ex hoc q sut simul erit vnu numero. et ex hoc qd sunt duo tpa equalia erit tantu vnu spz. ergo idem tps erit vnu numero et non vnu numero qd implicat pteadictem.

**Quoniam autem loci.**

Hic pter ponit vream solutionem et intendit si naliter q est vnu tps. et tempus non est passio cuiuslibet motus. sed motus pimi mobilis qui e vnus numero. et ideo pmo mensurat illum motum et ex pnti alios motus. et ad hoc inducens du premittit etia. Quoz pmiu est q inter omes motus motus localis est po: et magis simplex et inter motus locales pimus motus est circula: tis qa est magis regularis. Sedm est vnu qd s

Handwritten marginal note: "et non est in genere"

q mensuratur minimo sui generis. sicut numeri vnitare et tempa quodam tpe. Tertiu est q tepus mensurat motu et eodera ex qbus concludit qd intendit. s q tps est solu passio motus pimi mobilis. Quod sic pbat illud qd est minimu co: timuu certu et regulare hoc e mesura alioz q sut min? certa et magis difformia. sed motus pimi mobilis est cotinu? certissim? et vniformis. ergo debet ille motus geatia tps mensurare omnes alios motus. ergo tempus est in illo pmo motu pimi mobilis q est vnus. quare tempus e tantu vnu. maior patet quia de ratione mensure est q sit minima decimo metaphisice et q sit certa. quia mesura decimat mensuratuu. ergo oportet q sit certior. et debet esse vniformis q difforme mensuratur p vniforme.

**Vnde et videtur et te.**

Hic consequenter approbat istam solutionem scz q tps no est in quolibet motu sed in motu pimi mobilis. et hoc dupliciter. primo p opinionem antiquoz. scdo p vsu coter loquentiu. Antiqui em dicebant q motus spe celestis esset tpus. ex quo patet fm eos q tpa maxime habent ordinez ad motum circulare. ergo sequitur q tps illi? motus erit passio et no cuiuslibet motus. Sedo p batur ex vsu cotumie loquentiu. quia coter consuevit dici q omnia redeit circulo quasi dicere q ista tgalia que mensurant tpe regunt fm motum circulare. pmi mobilis. Tuc manifestat vnu quod prius supposuit. ibi dicit autez recte. q prius dictum fuit q idem est numerus absolut? sed no est idem numerus applicatus ad numerosa sicut decem canes et decem oues habet vnu numeru sed no vnu denariu. Cuius ratio est. qa illa sunt eade que no dnt dntijs sicut h? et a: nus sunt eade in animali. q no dnt dntijs in animali. sic etiam decem canes et decem oues no dnt in rone numeri s dnt i rone numeri applicati ad oues et canes ex quo pt sumi q oes spes pnt dici vnu in genere quis inter se dntiant.

**Queritur**

Deu tps dntat ab eternitate et ab euo. Dm q sic. quia in hoc pordat oes plji et rheologi eo q diuersa mensurata regunt diuersas mensuras. s manifestu est q deus substantie separte et tpa lia sunt diuersa mensurata. ergo regunt diuersas mensuras. sed in assignado dnam est diuersitas. Cuius quida sic assignat dnam. na eternitas est

Handwritten marginal note: "et non est in numero"

Handwritten marginal note: "et non est in genere"



tas & tempus no differit. Antecedens pbatur quia veritas est indivisibile. Dsm q quous in hoc conveniant q veritas est indivisibile tm in als quo dnt q nre emittatis est simpliciter stas taz subiecto q rone. sed nre rps est fluens ad min fm esse quous pmaneat rem subiecto. et hoc e qd dca solet q nre stans cat eternitate. qd verum est fm nrm modu concipiendi. et sic etiam nre fluens cat rps fm nostram conceptioem.

**Arguitur** Sicut est unu rps ppter unitate pmi mobilis ita etiam erit vna mensura omnis ee ppter unitatem pmi esse. Dsm q e duplex mensura reru quedam em est transcendens et talis. et sic deus dicitur mensura omnium reru. quia fm voluntate dei omnes res dantur sua em calitate et conservatio ne omnia pmanent in ee. Alia est mensura ad equata iphis rebus mensuratis. et tales mensurae sunt diverse in diversis rebus mensuratis. Tempus autem et euu sunt mensurae speciales que accipiuntur in rebus pter mensuram coem causalem et transcendente. Si em res deant deuminate mensurari oportet q habeat mensuras proportionatas et ergo oportet pter mensuram coem ponere mensuras speciales.

**Arguitur** Multa sunt eterna que no sunt pmanetia in esse et opati. vt ignis eternus. beatitudo eterna. profectio nes eterne. montes eterne. Dsm q eternitas accipit dupliciter. Vno mo ppter et fm eius difinitoem. et sic venit soli deo qz in rebus creatis no est opatio tota simul. Alio mo dicitur aliquid ee nu picipatiue. quia habet aliquam dicitioem vere emittatis. et hoc fm diversos gradus ptingit. qz primo aliquid est eternu quia picipat hoc qd e vere eternu. et sic beatitudo eterna est. quia fit p picipatioem dei fm eentiam. scdo mo aliquid dicitur eternu quod habet ppetuam duratioem. et sic in intelligentia dicitur participari eternitati in libro caru. Tercio mo aliquid dicitur eternu qa memminabile est. et sic ignis infinitus est eternus. vltimo dicitur aliquid ee nu rone diuine durationis. et sic montes dicuntur eterni.

**Arguitur** Euu est totum simul sicut eternu. ergo non differet ab eternitate. Dsm q aliquid dicitur totum simul dupliciter. Vno mo fm esse tntiqua non habet successione in pmanetia eentis. et sic euu est totu simul sicut eternu. Alio modo aliquid est totum si

mul. quia no habet successione nec i eendo nec in opando. et sic eentitas est tota simul et no euum quia in euo succedit sibi opationes mutuo quous no est successio in esse.

**Queritur** Vt sit unu euu sicut est unu tempus. et videtur q n quia euu na dnt spe. ergo etiam sunt multa euu. Ans pbatur q omnes substantie sepate dnt ab invicem spe. Dsm q quous habent diversa specie habent tm adinuice cu distinctioe naturalis ordinem fm maiorem et minore simplicitate et pfectioem. et ergo pfectissimu in eis potest ee mensura omnium alioz sequentiu et simile est de motu celi ex quo em motus celi est sumus et primus. no ex hoc habet in se tempus. Sed fuerit aliqui dicentes q essent tota euu quous eueterna. et argue eut sic tempus ex hoc est unu quia est in motu pmi mobilis qui est causa aliorum motuu. sed p mu euu no est causa aliorum eueternoz. ergo in eo no est euu subiectiue. Dicendum est q maior est falsa. quia ex hoc primus motus no habet in se tempus subiectiue quia est causa aliorum. sed quia est simplicissimus. et ideo sufficit q primus euu sit simplicissimu ad hoc q sit mensura aliorum. Est igitur euu substantia pmi eueterni cu relationibus duabus scilicet cum relatione ad eternitatem. quia est participata eternitas. et cu relatione ad posteriora eueterna quous est mensura. Et si aliquid eueternu de nouo creetur sicut nre creantur anime rationales. tunc de nouo incipit mensurari p euu quod est in primo eueterno quia acquirit nouam relationem ad primu eueternu quam relationem prius non habuit. Unde patet q euu etiam no potest esse in lucifero etiam si lucifer sit primu eueternu. quia prima relatio ex casu suo no potuit in ipo manere scilicet relatio ad deum qz quous naturalia no sunt simpliciter delecta in iphis angelis cadentibus sunt tam im pedita. et ideo no potest primus angelus qui cecidit in se habere euu. sed mansit in primo angelo stante in quo est talis duplex relatio.

Explicit quartus physicorum.

*[Marginal notes in a smaller hand, likely from a different source or a later scribe, discussing philosophical concepts related to time and motion.]*